

stianos, per Christum à servitute legali liberos: sicut enim Isaac supernaturali Dei virtute natus est, ita et Christiani per Verbum Dei facti sunt mystici et spirituales Abraham filii. Quemadmodum Isaac natus grandior Isaacum fratrem suum, nata minore, persequetur, ita et nunc Judæi, in cultu Dei majores et antiquiores, Christianos, nati juniores, persequuntur. At sicut tunc Ismael cum matre sua, Dei jussu, abjectus est è domo Abraham et hereditate spoliatus; ita Judæi legem, neglecto Evangelio, retinentes, ejecti sunt è domo Dei, et à cœlesti hereditate abdicati. Nos ergo Christiani, Sara libere, id est, Ecclesie filii, non debemus servituti legis abdicata nos subicere, ne cum Ismaele ab hereditate excludamur. Meminerimus itaque nos per Christi gratiam liberos esse et in evangelicâ libertate, per Christum nobis parâ, constanter perseveremus.

In hanc allegoriam observatio dogmatica et moralis.

1° Collige quod totum vetus Testamentum typus fuerit et figura, nec aliter legendum quam ut figura novi.

2° Quod ipsa patriarcharum facta erant figurativa et prophetica: duo Abraham matrimonia, duo Dei Testamenta figurabant, seu fœdera: duo filii, duos populos; carnalem unum, et naturæ viribus generatum, alterum spirituale, et gratiæ supernaturali virtute rogenitum. Abraham matrimonium cum servâ Agar, figuravit fœdus quod Deus cum Moysse et Hebræis inuit in Sina, quo promisit se ipsorum Deum, tutorem et protectorem fore, ipsisque daturum terram Chanaan; Hebræi autem tam benignum acceptantes promissum, promiserunt se Deo servituros, legemque servaturos. Abraham matrimonium cum Sarâ, figura fuit pacti quod Deus cum Christo et Christianis fecit in Sion, quo Deus promisit se fore Christianis amicum, patrem, eisque, quasi filiis, hereditatem suam cœlestem se daturum; Christiani vicissim per Christum et apostolos tacite hoc liberale Dei donum amplectentes, promiserunt se Christi fidem et præcepta servaturos. Hoc fœdus sanguine suo sanxit et firmavit Christus in ultimâ cenâ, Joan., 15.

3° Collige et quo gaudio suscipe quod v. 25, dicitur: *Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad redigenda.*

1° Ex v. 4, 5, 6, 7, admirandam tuam in Christo dignitatem agnosce, ô Christiane. Dei filius es; filius, inquit, major, liber, tui juris. Vide v. 4, 5. Ipso Filii Dei Spiritu animatus; eodem ac Christus ipse Spiritu Patrem æternum alloquens et invocans: *Abba, Pater*, v. 6. Hæres es Dei, et quidem hæres pleno jure, cui Spiritus sanctus, ut pars et archa hereditatis æternæ, datus est, v. 7, cui cœlum est apertum, et locus à Christo paratus et asservatus. Tante dignitatis et felicitatis memor, ô fili et hæres Dei, terrenâ sperne, cœlestia dilige. Æternum Patrem dilige, ipsique amore filiali serviens ad æternam illius hereditatem aspira continuè. Vive dignè Deo, Patre tuo; dignè æternâ Dei Patris tui hereditate.

etum est: Quod nos Christiani, Christo, Verbo Dei credentes, et secundum Spiritum regenerati, spirituale sumus semen, ad quod pertinet promissio, non hereditatis terrenæ, sed cœlestis, sed æternæ, sed regni Dei, Patris nostri. Quanta nobis gloria! Quanta felicitas, Dei filios et hæres esse! *Videte quantum charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur et simus: propter hoc mundus non novit vos...* Joan. 1. Epist. 5, 1. Hanc Dei erga te charitatem mirare: at recognosce; amatus, redama. *Estote imitatores Dei, sicut filii charissimi, et ambulante in dilectione*, Ephas. 5, 1, 2. Ama Deum ut patrem; ex amore obedi Deo; ipsum amore filiali cole; spiritualia, cœlestia, æterna, divina, dilige, desidera, quære; si verè spirituale semen es. Secundum carnem quippe nati sunt dilectores mundi, amatores seculi; sed secundum Spiritum nati sunt amatores regni cœlorum, dilectores Christi, desiderantes vitam æternam, gratis colentes Deum. S. Anselmus, hic, v. 28. Ad vetus Testamentum pertinent, utpote filii ancillæ, dilectores temporalium, dilectores hujus seculi, quocumque tempore sint vel fuerint (sive in Ecclesiâ, sive in Synagâ); ad novum autem Testamentum, utpote filii libere, dilectores æternæ vitæ, item S. Anselmus. Consule cor tuum, et vide quid diligas.

4° Collige, et ex v. 29 discite quomodo tunc... ita et nunc; discite, inquam, quid hoc nunc usque ad finem mundi durabit; semper in hac vitâ caro et spiritus adversabuntur; semper carnales et spirituales opponentur; semper boni persecutionem patientur. *Omnes qui piè volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur*, 2 Tim. 3. Hoc figuratum fuit in Isaac; ipsius ab Ismaele persecutio figura fuit persecutionum quas filii Dei passuri sunt à filiis hominum: *Quomodo tunc... ita et nunc*. Hæc igitur veritas à quocumque probo et pio foriter apprehendenda, et in animo firmiter insculpenda. Sciat omnis Christianus hic non esse pacis et quietis locum; at recordetur temporalem persecutionem æternæ pacis et quietis arrhabonem esse: *Beati qui persecutionem patientur... quoniam ipsorum est...; jus habent ad illud, et ad eos pertinet.*

pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.

Vide observationem moralem post versum septimum.

2° In v. 14, 15, 16, 18, 19 et 20, à D. Paulo omnis prælatus, imò et omnis animarum salus minister, discat divinas apostolicæ charitatis artes et industrias, quibus animarum salutî cooperetur. Cum hoc prælatorum et omnium Dei ministrorum exemplari, modò timeat, modò speret, v. 11; modò manum opitulante porrigit, v. 12; modò tenerè roget et blandiat, v. 12; modò beneficia commemoret et benè acta recenset; modò que passus est insinuet, v. 13, et 14; in omnem denique formam sese transformet, v. 15. Sit pater, sit mater; at mater continuè parturiens, continuè laborans et patiens, ut

Christus in animabus sibi subditis perfectè formetur, v. 19, 20.

Vide dicta ad hos versus in commentario.

3° Gaudet omnis Christianus à v. 28 discens et audiens quod sit verus et legitimus Dei filius, ad quem pertinet hereditas regni cœlestis. Vide observationem moralem in hunc versum, collige tertio.

A versu autem 29 discat idem Christianus quod

CAPUT V.

1. State, et nolite iterum iugo servitutis contineri.
2. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.

5. Testificor autem rursum omni homini circumcidenti se quoniam debitor est universæ legis faciendæ.
4. Evacuati estis à Christo, qui in lego justificamini: à gratiâ excidistis.

5. Nos enim spiritu ex fide spem justitiæ expectamus.

6. Nam in Christo Jesu, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium: sed fides quæ per charitatem operatur.

7. Currebatis benè: quis vos impedit veritati non obedire?

8. Persusio hæc non est ex eo qui vocat vos.

9. Modicum fermentum totam massam corrumpit.

10. Ergo confido in vobis in Domino, quod nihil aliud sapietis; qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicumque est ille.

11. Ergo autem, fratres, si circumcisonem adhuc prædico, quid adhuc persecutionem patior? Ergo evacuatum est scandalum crucis?

12. Utinam et abscondatur qui vos conturbat!

15. Vos enim in libertatem vocati estis, fratres: tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritus servite invicem.

14. Omnis enim lex in uno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut teipsum.

15. Quod si invicem mordetis, et comeditis, videte ne ab invicem consumamini.

16. Dico autem: Spiritu ambulate, et desideria carnis non perficietis.

17. Caro enim concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem: hæc enim sibi invicem adversantur, ut non quocumque vultis, illa faciatis.

18. Quod si Spiritu ducimini, non estis sub lege.

19. Manifesta sunt autem opera carnis quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria,

20. Idolorum servitus, veneficia, inimicitia, contentiones, emulations, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ,

21. Invidia, homicidia, ebrietates, comessationes, et his similia; quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.

22. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas.

23. Mansuetudo, fides, modestia, continentia, ca-

ad hanc hereditatem non sit sine multis tribulationibus adventurus; persecutionem patientur: at: *Beati qui persecutionem patientur*, etc., Matth. 5, 10. *Non sunt condigna passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis*. Rom. 8, 18. *Momentaneum et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis*, 2 Cor. 4, 17.

CHAPITRE V.

1. Tenez-vous en là, et ne vous remettez point de nouveau sous le joug de la servitude.

2. Car je vous dis, moi Paul, que si vous vous faites circoncire, Jésus-Christ ne vous servira de rien.

5. Et de plus je déclare à tout homme qui se fait circoncire, qu'il est obligé de garder toute la loi.

4. Vous qui voulez être justifiés par la loi, vous n'avez plus de part à Jésus-Christ; vous êtes déçus de la grâce.

5. Mais nous, c'est par l'esprit et en vertu de la foi que nous espérons recevoir la justice.

6. Car en Jésus-Christ, ni la circoncision ni l'incircision ne servent de rien; mais la foi qui est, animée de la charité.

7. Vous courez si bien! qui vous a arrêtés pour vous empêcher d'obéir à la vérité?

8. Ce sentiment dont vous vous êtes laissé persuader, ne vient pas de celui qui vous a appelés.

9. Un peu de levain aigrit toute la pâte.

10. J'espère de la bonté du Seigneur que vous n'aurez point à l'avenir d'autres sentiments que les miens; mais celui qui vous trouble, il en portera la peine, quel qu'il soit.

11. Pour moi, mes frères, si je prêche encore la circoncision, pourquoi est-ce que je souffre tant de persécutions? Le scandale de la croix est donc anéanti?

12. Pitié à Dieu que ceux qui vous troublent fussent plus que circoncis!

15. Car vous êtes appelés, mes frères, à un état de liberté; prenez garde seulement que cette liberté ne vous serve d'occasion pour vivre selon la chair; mais assujétissez-vous les uns aux autres par une charité spirituelle;

14. Car toute la loi est renfermée dans ce seul précepte: Vous aimerez votre prochain comme vous-même.

15. Que si vous vous mordiez et vous devôrez les uns les autres, prenez garde que vous ne vous consumiez les uns les autres.

16. Or je vous dis: Conduisez-vous selon l'Esprit de Dieu, et vous n'accomplirez point les désirs de la chair;

17. Car la chair a des désirs contraires à ceux de l'esprit, et l'esprit en a de contraires à ceux de la chair; ils sont opposés l'un à l'autre, de sorte que vous ne faites pas toujours les choses que vous voudriez.

18. Que si vous vous conduisez par l'Esprit de Dieu, vous n'êtes point sous la loi.

19. Or il est aisé de connaître les œuvres de la chair, qui sont la fornication, l'impureté, l'impudicité, la dissolution,

20. L'idolâtrie, les empoisonnements, les inimitiés, les dissensions, les jalousies, les animosités, les querelles, les divisions, les hérésies.

21. Les envies, les meurtres, les irrogeries, les débauches et autres choses semblables, dont je vous déclare, comme je vous l'ai déjà dit, que ceux qui commettent ces crimes ne seront point héritiers du royaume de Dieu.

22. Les fruits de l'esprit au contraire sont la charité, la joie, la patience, l'humanité, la bonté, la persévérance.

23. La douceur, la foi, la modestie, la continence,

stitas. Adversus hujusmodi non est lex.

24. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitii et concupiscentiis.

25. Si Spiritu vivimus, Spiritu et ambulemus.

26. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes.

ANALYSIS

Concludit Galatas urgens ad christianam libertatem constanter servandam, illosque multis rationibus confertis advertens à jugo legis Mosaicæ subeundo.

Primò, si circumcidamini, Christus nihil vobis proderit.

Secundò, totius legis implenda debitorum eritis.

Tertiò, expertes eritis justitiæ Christi; et licet dicamini Christiani, de facto evacuati eritis à Christo.

Quartò, fides per dilectionem operans justificat; ad hoc nec circumcisio prodest, nec præputium.

7. Galatarum in viâ salutis cursum deplorat interruptum; causam rejicit in paucos quosdam, qui velut fermentum totam massam corrumpunt.

10. Confidit quòd per Christi gratiam respiciet Galatæ; et per Dei justitiam, harum turbarum causæ dabuntur penas.

11. Quoniam traducebatur Apostolus ipse, quasi judæans, hanc calumniam refellit ex persecutione quam à Judæis patiebatur: utique ergo me Judæi persequuntur?

PARAPHRASIS.

1. Constantes et firmi perseverate in evangelicâ libertate, quam Christus vobis acquisivit, et ab idolorum servitute liberati, ne patiamini aliud vobis imponi servitutis jugum, nempe jugum legis Mosaicæ.

2. Ecce ego Paulus, apostolus à Christo vocatus, et vester speciatim apostolus, dico vobis, et palam affirmo, quòd si vos, Galatæ gentiles, circumcisionem recipiatis, Christi beneficiorum non eritis participes; sique nihil vobis proderit Christus, nec Christianismus.

3. Insuper et denuntio omni homini, qui per circumcisionem ascribit se curat Judæicæ synagogæ, quòd debitor est omnis Mosaicæ legis adimplenda.

4. Licet exterius Christiani videamini, Christumque colere, reverè tamen intus evacuati estis à Christo: omnem perdidistis fructum mortis ac redemptionis Christi; beneficium gratiæ amisistis, qui in lege justificari quaeritis.

5. Nos enim Christiani justitiam quaerimus spiritu et spiritalibus actibus; vos carne et carnalibus ceremoniis; nos per fidem Christi expectamus justitiam speratam, et justitiæ fructum, vitam æternam; vos ex legis operibus.

6. Nam in Christianismo ad salutem non confert quòd quis circumcisus sit, aut non circumcisus. Sed fides in Christum, non sola, nec otiosa, sed quæ claritate perficitur, et per charitatem operatur, id est, quæ præcepta servat, et pia facit opera.

7. Tam bonè currebatis! quis quasi transversè ve-

la clausurâ. Il n'y a point de loi contre ceux qui vivent de la sorte.

24. Or ceux qui sont à Jésus-Christ ont crucifié leur chair avec ses passions et ses désirs déréglés.

25. Si nous vivons par l'Esprit de Dieu, conduisons-nous donc aussi par cet Esprit;

26. Et ne nous laissons point aller à la vaine gloire, nous piquant les uns les autres, et étant envieux les uns des autres.

12. In harum turbarum auctores indignatus, optat ut et ipsi abscondantur.

15. Transit ad mores, ac primò ut omnem dissidiorum ignem inter Galatas extinguat, eos hortatur ad charitatem, in quâ et ad quam tota lex.

16. Ut charitatem autem servent, assignat medium ad quòd omnia reducuntur media, scilicet Spiritu ambulate, seu secundum sancti Spiritus impulsum viveite.

17. Monet quòd in nobis spiritus et caro semper sunt opposita; spiritum autem sequi debemus à quòd ut securius facere possimus, et non decipiatur.

19. Enumerat opera carnis.

22. Recenset fructus spiritus.

Ostendit autem, quasi ex unâ parte, concupiscentiæ acie; ostendit et ex alterâ parte spiritus acie, quasi ad bellum excitans, ait:

24. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt, etc.

Si spiritu vivimus, spiritu et ambulemus.

strum iter impedivit, persuadens vobis non obediendam veritati?

8. Hæc persuasio de judaizando, non est ex Deo, qui vos ad Christianismum vocavit.

9. Sed sicut paululum fermenti totam farinam conspersam, seu postam, suo acore imbuat et inficit, ita quidam judaizantes totam vestram ecclesiam suo errore corrumpunt.

10. Ego confidens in Dei ergo vos bonitate, spero quòd, re melius expensâ, nihil aliud sentietis quàm quæ vos docui; qui autem harum turbarum causa fuit, penas dabit, quisquis sit.

11. Quòd ad me, fratres, si, ut dicunt, circumcisionem adhuc prædico necessariam, quare ergo persecutionem patior à Judæis? si id ita esset, cessasset jam scandalum crucis.

12. Utinam qui circumcidi vos volunt, et propter hoc vos conturbant, non solum circumcidantur, sed et abscondantur! vel utinam ab ecclesiâ vestrà rescidentur, hæc corrumpant alios!

15. Quantum ad vos, fratres mei, per Christum vocati estis ad libertatem et immunitatem ab onerosâ legalium servitute; cavete ne hæc christianâ libertate abutiamini ad serviendum carnalibus desideriis; sed illâ utimini, ut vos spontè subjiciamini invicem in spiritu charitatis. Quantum per vocationem vestram liberi estis, tantum per charitatem alter alterius servi sitis.

14. Omnis enim lex quæ ad proximum spectat, hoc

brevi sermone completur: Diliges proximum tuum, sicut teipsum.

15. Quòd si vos invicem mordetis et dilaceratis, videte ne vosmetipsos perdati, iram Dei vestris mutis odiis excitantes in vosmetipsos.

16. Dico autem, et hoc maxime commendo vobis, vitam instituite secundum Spiritus sancti dietamen et impulsum, ut sic fiet ut carnis desideria non perficiatis.

17. Caro enim vos concupiscentia, et spiritus seu gratia feruntur in diversa; caro in suavia fertur; spiritus in sancta; caro carnalia desiderat; spiritus spiritalia, celestia, æterna; sique opponuntur, ut sæpè non faciamus quæ volumus; vellem non concupiscere, concupisco; vellem bona opera fervide et alacriter facere, resistit caro, et aggravat animum, sumque segnis et tepidus.

18. Quòd si spiritu ducimini, non estis sub lege, sed quasi extra et supra legem; adversus vos non est lex: factis enim spontè et ex amore quòd lex præcipit et exigit poenarum timore.

19. Ne autem in re tanti momenti quispiam vestrum decipiatur, hinc vobis opera carnis enumero; illinc fructus spiritus recensendo. Nota sunt opera carnis, seu ad quæ exilat concupiscentia, scilicet fornicatio, immunditia, seu mollietas, impudicitia, seu in gestibus, seu in oculis, seu in tactibus; luxuria qualibet;

COMMENTARIA.

VERS. 1. — STATE, ET NOLITE ITERUM JUGO SERVITUTIS CONTINERI. Hanc versum Græc. et Syr. jungunt cum ultimis verbis quarti capitis. Græc. : Libertate igitur, quâ Christus nos liberavit, state, etc. Syr. : State igitur in libertate illâ, quâ Christus nos domavit, etc. Sed in re parum refert, et sensus est : State in Christianâ libertate, et in eâ firmi perseverate. Ex hoc verbo state, aliqui inferunt quòd nondum in judaizantium heresim incidere Galatæ, sed ex v. 4, verosimilius est quòd aliqui ceciderant, alii verò stabant : et hos alloquens Paulus, ait : state.

ET NOLITE ITERUM, id est, et à jugo idololatriæ liberati, nolite aliud jugum servitutis subire. Nusquam Galatæ legi Mosaicæ servierant, sed idolis in gentilismo; debet ergo sic explicari illud iterum, sicut et in cap. 4, v. 9.

CONTINERI, id est, teneri. Græc., implicari, illaqueari.

JUGO SERVITUTIS. Lex Mosaicæ dicitur jugum servitutis ob multitudinem et gravitatem præceptorum, ut dictum est in fine capitis quarti, in expositione allegoricæ. Peccatum est servitus, et legis jugo longè gravior, et damnableior. Hinc omni homini per Christum justificato, et ab hæc damnable servitute liberato, dici potest : state, etc., per Christum, sive per baptismum, sive per alia Sacramenta, à peccati et à diaboli servi-

VERS. 1. — State, firmi et constantes persistite in fide et libertate Christi. id est, abjectâ omni fluctatione, persistite constanter in libertate, quam per Christum semel adepti estis.

Et nolite iterum jugo servitutis contineri. Sensus est :

S. S. XXIV.

20. Cultus idolorum, veneficia, inimicitia, jurgia, emulationes, ira, rixæ, dissidia, sectæ;

21. Invidia, homicidia, temulentia, comestiones, bisque similia, quæ qui faciunt, ut jam prædixi vobis, et jam dico, regni Dei hereditatem non sunt adeptari.

22. Opera verò quæ Spiritus sanctus per suam gratiam parit in nobis, ut Dei regnum mereamur, sunt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas.

25. Mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Qui hæc omnia habent, nullâ lege pœnali opus habent; contra illos nulla lex est arguens, damnans, et puniens: ideò dixi, si spiritu ducimini, sub lege non estis, sed extra, et supra legem.

24. Qui verè Christiani sunt, et ad Jesum Christum pertinent, illi concupiscentiam carnalem spiritui adversantem cum passionibus et affectibus, seu pravis desideriis ejus, crucifixerunt, id est, compresserunt, seu in sese mortificaverunt.

25. Si Spiritu Dei vivit et movetur animus noster, hoc ipsum actibus exprimamus, viam quam monstrat hic Spiritus sequamur, nec ad opera carnis defluamus.

26. Non simus inanis gloriæ cupidi, alii aliis insultantes, alii aliis invidentes.

tute liberati, ne rursus servitutis jugum apprehendatis, et ne sponte vestrà diabolo subjiciamini. Nihil Christo injuriosius hoc hominis à Christo justificati in peccatum relapsu, quippe qui diabolum, quòd horrendum dictu, Domino præponit, ait Tertullianus.

VERS. 2. — ECCE EGO PAULUS... Vox est auctoritatis, et attentionem postulantis. Pseudo-apostoli, Act. 15, dicebant : Nisi circumcidamini secundum morem Moysis, non potestis salvari. E contra D. Paulus, Galatarum attentionem postulans, affirmat auctoriter : Ecce ego Paulus, Christi apostolus, in quo, et per quem Christus loquitur,

Dico vobis, Galatæ gentilibus, et non Judæis, quòd si circumcidamini, etc.

Notandum ad intelligentiam.

Nota quòd tunc nec Judæis, nec gentilibus circumcisio esset ad salutem necessaria; Judæis tamen nondum erat mortifera, justis enim de causis permittebatur fidelibus Judæis filios suos circumcidere: quas vide in fine capitis secundi, synopsis disputationum; sic et Paulus ipse Timotheum, ex matre Judæum, circumcidit. At fidelibus gentilibus erat mortifera circumcisio, quia ipsos post baptismum circumcidi, erat justitiam ex circumcisioe querere, et palam protestari quòd ad justitiam assequendam non sufficeret Christi gratia, quòd sanè Christo erat maxime inju-

Libertate donati, ne patiamini vobis rursus imponi servitutem. Loquitur de lege Mosaicâ, quam vocat jugum servitutis.

VERS. 2. — Ecce ego Paulus dico vobis, etc.; si, inquit, aliquid apud vos mea valet auctoritas, ecce

(Trente-deux.)

rosorum. Hinc Galatis gentilibus, et non Judæis, loquens Apostolus, cum auctoritate pronuntiat: *Si circumcidimini, Christus vobis nihil proderit; vita, passio, mors, omne meritum Christi nihil vobis proderit, cui, quasi ad iustitiam non sufficienti, renuntiastis hoc vestro ad iudaismum recursu.*

Observatio moralis.

Quod si autem in circumcissione carnis salutem querere, Christum pro nobis crucifixum sit abjicere, quid erit ergo in voluptatibus carnis suam felicitatem querere? Quod si partim in lege, partim in fide suam fiduciam reponere, sit Christum non habere, quid erit ergo post baptismum totam suam spem et fiduciam in terrenis et damnabilibus collocare, totam vitam in malis operibus impendere, nihil nisi mala opera facere, affectus pravo circa mala et prohibita continuis habere?

O Deus misericus, illumina oculos cordis nostri; ut intelligentes quam sit nobis honorificum in baptismo Christum induisse, spiritum adoptionis filiorum in cordibus nostris recepit, filios et heredes Dei factos fuisse, horreamus pro peccatum Christum exuere, Spiritum sanctum à cordibus nostris per affectus malos et reos expellere, vitam profanam, carnalem, et animaliam, nos hereditatis aeternae indignos efficere, et Christianismum nobis inutilem reddere. Da insuper, o miseris cordium Pater, ut hanc à Christo quasi apostasiam horrentes, vivamus dignè Christo, Filio tuo, quem induimus, dignè Spiritu Filii tui, quo repleti sumus, dignè hereditate aeterna, ad quam vocati sumus, et cuius pignus Spiritum sanctum accepimus.

VERS. 5. — TESTIFICOR AUTEM OMNI HOMINI... Pseudo-apostoli multa legis non servabant et Galatis dicebant se legi satisfacturos, dummodo circumciderentur et aliqua legis notabilia servarent. Finis istorum doctorum iudaizantium erat pro Judæis haberi, praesertim à Romanis, ut liberi fierent ab edictis quae novas vetabant religiones; ad hoc videbatur sufficere circumcisio, sabbatarum, neomeniarum, etc., observatio. Vide c. 1, v. 10. Apostolus è contra: *Testificor omni homini...* quod se debitorem facit universae legis Mosaeicae adimplende. Et ratio est, quia circumcisio erat publica legis Iudaicae professio, sicut baptismus palam affirmo vobis ac denuntio quod si circumcissionem recipiatis, non eritis participes beneficiorum Christi.

VERS. 5. — *Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, etc.* id est, obligat se ad observandam totam legem Mosaeicam: quia circumcisio erat legis professio.

VERS. 4. — *Evacuati estis, scilicet per vos ipsos, vos ipsi evacuatis à Christo, id est, à Christi redemptione, gratia, salute, omnique efficacia et influxu meritorum eius, ut amplius nihil boni in vos influere et derivare possit, sed vos omnibus suis beneficiis quasi vacuos relinquit. Qui in lege justificamini, id est, qui iustitiam ex circumcissione alique legis operibus queritis.*

A gratia excidistis, id est, beneficium gratiae Christi perdidistis; nam qui ex lege justificari querunt, non expectant iustitiam à Christo per fidem, sicut veri Christiani faciunt.

VERS. 3. — *Nos enim spiritu, etc. Spiritu, id est, per spiritum gratiae et charitatis, ex fide scilicet*

est publica professio fidei christianae. Hoc autem dicit Apostolus, ut novà ratione Galatas deterreat à circumcissione, cujus infinita erant onera, cum esset ad totam legem obligatio.

VERS. 4. — *EVACUATI ESTIS À CHRISTO. GRÆC.: Aboliti estis à Christo. SYR.: Descivatis à Christo. Sensus est: Christo vacui facti estis. Vide paraphrasim. Non estis amplius Christiani. Nihil vobis amplius cum Christo, nec quidquam vobis ab illo est expectandum, sicut dixit supra: *Christus vobis nihil proderit.* Hinc inferitur quod aliqui jam cecciderant. Quot baptizati à Christo sunt intus evacuati, quicumque terrena sapientes suam in terrenis et carnalibus felicitatem querunt!*

VERS. 5. — *NOS ENIM, QUI VERÈ CHRISTIANI. Vide paraphrasim.*

SEM JUSTITIAE, phrasi Hebraica, sperantam iustitiam et iustitiae fructum, vitam aeternam.

VERS. 6. — *NAM IN CHRISTO JESU... Vide paraphrasim.*

SED FIDES QUAE PER CHARITATEM OPERATUR. GRÆC.: Per charitatem efficac. SYR.: Quae veritatem charitatis, id est, quae charitatis, quasi animi, informatur et operatur. Circumcisionis et praepitii discrimen fides abstulit. Adsit, absit, perinde est; haec corporalia Deus in suis non considerat, sed fidem in Jesum Christum. Sicut in militibus non albedinem aut nigredinem, sed rei militaris peritiam duces postulant, ait Theodoretus post D. Chrysostomum, ita Deus in suis militibus corporalia non considerat, sed animum fide vivà, quasi animà, informatum et operantem. Quae per dilectionem operatur, id est, quae semper efficac et viva commostrarat per dilectionem erga Christum. Illa sola fides quae charitate flagrat, et bonis operibus insudat, valet in Christo Jesu, S. Anselmus. Haec fides, Christianorum est fides. Fides autem otiosa et sine charitate, fides est demonum. Attende tibi et vide qualis sit fides tua; ex operibus iudica.

VERS. 7. — *CURREBATIS BENE, QUI VOS IMPENDITIS...*

Non hoc interrogantis est, sed deplorantis et auxilii, sicut antea, *quis vos fascinavit...* ait D. Chrysostomus. Laudat cursum, et à cursu delicti cessationem, ait Theodoretus. Vita christiana cursus est; hinc quasi in stadio sumus ad aeternae gloriae bravium; currentes, acceptum; spem iustitiae, id est, iustitiam sperantem expectamus.

VERS. 6. — *Nam in Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque praepitium, id est, in religione christiana nihil valet, nihil confert ad iustitiam et salutem, quod quis circumcisus sit, aut incircumcisus, 1 Cor. 7. Circumcisio nihil est, et praepitium nihil est.*

Sed fides quae per charitatem operatur. GRÆCÈ OPERATA, id est, inclinata et vehemens, significat internam vim, occultam efficaciam et energiam, q. d.: Fides charitate formata, eaque quasi animà suà animata per intimam quandam vim et spirituales suum influxum opera virtutum vitæ operatur.

VERS. 7. — *Currebatis bene, in viâ et doctrinâ christianâ, quasi in viâ et stadio ad aeternae gloriae consequendum bravium.*

Quis vos impeditur veritati non obedire? Quis cursum vestrum tam bonum interruptit? Nemi consenseritis; iudaizanti scilicet, volenti vos

dum autem alacriter et continue, nec à cursu cessandum. Vide 1 Cor. 9, v. 24.

VERS. 8. — *PERSUASIO HÆC, de iudaizando, non est ex eo qui vocat vos, id est, à Deo Patre, qui vos ad Filium sui fidem vocavit. Nec enim Deus sibi contrarius est.*

VERS. 9. — *MODICUM FERMENTUM TOTAM MASSAM CORRUMPT. GRÆC.: fermentat. SYR.: idem. Et ita correxit D. Hieronymus; hincque patet quod hic locus non sit ab eo. Ambrosius tamen habet, *corrumpit.* Vide hæc de re jam dicta, 1 Cor. 5, v. 6. Comparatione Paulus indicat paucos iudaizantes hujus erroris Galatarum auctores esse. Sed hinc discamus quod ubique metuendum, etiam sanctoribus et in Dei viâ currentibus. Unicum malum exemplum, unum verbum scandalosum potest magnam multitudinem corrumpere. Unicus impius potest conversationis suae veneno totam urbem inficere; unus hareticus unicum ecclesiam errore suo commaculare. Fermentum modicum fuit Calvinus, Lutherus, et omnes alii haeretici. Itaque nobis est semper timendum, vigilandum, orandum: *Et ne vos inducatis in tentationem.**

VERS. 10. — *EGO CONFIDO IN VOBIS IN DOMINO, id est, per Dei gratiam.*

QUOD NIHIL ALIUD SAPIETIS, id est, sentietis. Vide paraphrasim.

QUI AUTEM... PORTABIT JUDICIUM. Deus est acerrimus haereticorum vindex; justas tandem poenas infligit omnibus vel Ecclesiae pacem turbantibus, vel salutis viam obstruentibus, vel suo scandalo animas corrumpentibus. Vae homini illi per quem scandalum venit. Itaque nobis vigilandum est, non tantum ne scandalizemus, sed etiam ne nostris malis exemplis, vel verbis, simus alii scandalo.

VERS. 11. — *EGO AUTEM, FRATRES... Spars'erant pseudo apostoli D. Paulum inter Judæos circumcissionem predicare, tanquam necessariam ad salutem, ideoque Timotheum ex matre Judæum circumcidisse. Equidem verum erat quod Timotheum circumciderat, sed verum non erat quod circumcissionem predicaret ut necessariam. Justas habuerat rationes circumcidendi pellicere à cursu Evangelii ad Iudaismum.*

VERS. 8. — *Persuasio hæc, quâ vobis persuasum est, aut potius quâ Judæi, qui vos in cursu christianae vite impediunt, vobis persuadere conantur legalia necessaria esse Christiano ad salutem; non est ex eo, qui vocat vos, id est, non est ex Deo Patre, qui vos ad fidem, gratiam et salutem vocavit per Christum: sed potius ex diabolo est ejusque ministris. Ita Anselmus.*

VERS. 9. — *Modicum fermentum, etc. Modicum fermentum est circumcisio, quæ sola, si eam recipiatis, in perfectum Iudaismum vos trajecit, sicut fermentum, licet modicum, totam massam ad se rapit, et in suum saporem et acorem transmutat.*

VERS. 10. — *Ego confido in vobis, id est, de vobis, in Domino, in clementia et gratia Domini, quod ipse vos in fide Christi, ad quam vos vocavit, stabiliet, quo fiet quod nihil aliud sapietis, id est, quod non credetis aliud, scilicet quâ quod à Domino pro se igitur accepistis, et edocetis de lege et libertate christianâ, non sequimini novitios doctores, novisque eorum persuasiones.*

Qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicumque est ille, qui vestram in fide Christi tranquillitatem

Timotheum, et hoc nihil faciebat ad presentem questionem; nunc enim agitur de gentilibus, non de Judæis. Hanc itaque calumniam Apostolus refutat ex persecutione quam ex parte Iudeorum patiebatur. Si ita est, ergo cessavit scandalum crucis; minis enim Judæos offendebat crucis et crucifixi predicatio quam legis per crucem abolitio sicque per cessationem majoris scandali cessaret et minis.

VERS. 12. — *UTINAM ET ABSCONDANTUR... Nova circumcissionis doctrina à pseudo-apostolis predicata Galatas perturbabat; hinc Apostolus in falsos doctores indignatus, optat eis et praescissionem. Utinam praescindendo praescindantur illi qui vos perturbant, ait Syrus.*

Sed de quâ abscessione loquitur Apostolus? D. Chrysostomus et post eum Theodoretus, Theophylactus, D. etiam Hieronymus, Cajetanus, et alii non pauci intelligunt de amputatione carnis. Si volunt, non solum circumciantur, sed et exsecentur, ait D. Chrysostomus. Si putent hoc sibi prodesse, non solum circumciantur, sed etiam abscondantur; si enim expoliatio membri proficit, multo magis abolitio. D. Hieronymus. Juxta quoque sensus est: Utinam qui vos voluit circumcidi, et propterea vos conturbant, ipsi non solum circumciantur (sunt enim jam circumcisi), sed etiam penitus exsecentur! Et in hoc sensu, id Apostolus dicit non ex odio, sed charitate et iustitia, temporale malum eis optans ad salutem animæ. Secundus est sensus, quem Estius, post Erasmus, patet apostolica gravitate digniorem, et qui propterea multis in Apostoli verba annotationibus reddit probabilior, scilicet: Utinam ab ecclesia vestra abscondantur, etc. Ambrosius utrumque complexus est. Utinam et abscondantur, etc. Tale est hoc, quale est illud ad 1 Cor. 16: *Qui non amat Dominum Jesum, sit anathema.* Ex ipso grege morbido sunt et hi quos sociat sententia eorum, ut abscondantur à misericordia Dei, qui Galatas Dei gratiâ exuerunt; et non solum spiritualiter, sed et carnaliter hos maledicti, quia circumcidi Galatas cogebant ipsi, abscondentur, à nova doctrinâ perturbat, justas poenas luet, non elugnet iudicium, quicumque is fuerit.

VERS. 11. — *Ego autem, fratres, si circumcissionem adhuc pratico, quid adhuc persecutionem patior? Ingebant iudaizantes Paulum apud Judæos iudaizare, apud gentes Iudaismum impugnare. Hoc lignum hinc refellit Paulus; cur enim, inquit, Judæi tam acerbis odiis me persequuntur, nisi quia publice contra me doceo, et ubique Evangelium stabilio, circumcissionem tollo et alioque quantum possum?*

Ergo evacuati estis scandalum crucis. Si, inquit, ego circumcissionem adhuc predico, debet ergo cessare offensio Iudeorum, quâ offenduntur ob crucis predicationem; non enim tam offendi eos predicatio Christi crucifixi, quam legis per crucem abolitio; vellent enim legem cum Christo retinere. Sic Hieronymus.

VERS. 12. — *Utinam et abscondantur, etc. Abscondantur, scilicet ab Ecclesia, vestroque consortio, ne quasi fermentum totam Ecclesiam corrumpant. Sic enim torcularum ab Ecclesia assidui iussit, 1 Cor. 5. Qui vos conturbant, qui vos subvertunt, id est, qui student vobis auferre libertatem in qua statis, atque eâ eâ deturbare vos conantur.*

multiplicaretur his dolor corporis, Ambrosius.

VERS. 15. — Vos enim in libertatem... Dat rationem ob quam eis opat anathema, vel hanc absensionem; scilicet, cum vos Deus in libertatem vocaverit, hanc à vobis auferre moliantur. Sed quemquam est illa libertas christiana ad quam vocati sumus? Ex dictis colligi potest; primò, ab onerosa legalium obligatione, quam v. 4, *jugum servitutis* vocavit; secundò, à timore servili, de quo, ut proprio legis effectu, locutus est initio cap. 4; tertio, et à fortiori, à servitute peccati, à qua pro nobis Christus moriens nos redemit. Vide Roman. 6, 18.

TANTUM NE LIBERTATEM... Græc. : *Tantum ne libertatem in occasione carni*: deest verbum, sed suppleendum, detis, vel capiat. Syr. : *Tantum ne sit libertas vestra in occasione carnis.*

Observatio litteralis et moralis.

Absolutè parte dogmaticâ, hic Apostolus transit ad mores. Hic itaque incipit hujus Epistolæ pars moralis, que durat usque ad v. 11, cap. 6 : *Videte qualibus literis...* Probata igitur christiana libertate, ad quam vocati sunt Galatæ; ut hanc libertatem et melius intelligant et eâ sanctius utantur, primò notat illius abusum, ut cautius vitent; secundò, indicat illius finem, ut ad eum diligentius tendant; tertio, docet medium quo ad hunc finem brevius perveniant, v. 16 : *Dico autem, Spiritus...* *Tantum ne libertatem in occasione...* Ecce abusus. Cavete ne hanc libertate abutimini ad carnis cupiditates liberis sectandis; ad hoc enim non est visus datus, seu ne quia legis jugum et metus non incumbit, idèò carnis desideria perficiatis; ad hoc enim non estis à lege soluti.

SED PER CHARITATEM... Ecce finem. Sed è contra tantam spiritus charitatem habeatis, ut vobis invicem præ amore serviat. Quantò magis per vestram vocationem ab onerosis et inutilibus ceremoniis liberi estis, tantò majorem spiritus charitatem habere studeatis, ita ut alter alterius præ charitate servi sitis. Recordamini eorum que cap. 4, v. 6, dixi vobis : Filii Dei estis, et quia filii Dei, idèò Spiritum Filii sui, Spiritum amoris vobis dedit Deus, ut diligentes dicatis : *Abba, Pater*. Charitas ergo, Spiritus amoris, est spiritus Christianorum. Hæc ergo libertate à legalibus utamini ad hanc charitatem abundantius et perfectius habendam. Tanta sit in vobis hæc filiorum charitas,

VERS. 15. — Vos enim in libertatem vocati estis, fratres, ut per Evangelium sitis liberi ab onerosa et inutili servitute tot legalium ceremoniarum : hæc enim est libertas christiana, quam tota Epistola opponit servituti judicæ.

Tantum ne libertatem in occasione detis carnis. Monet Galatas ne libertatem in quam vocatos eos dixit, male intelligentes, eo nomine abutantur ad servitutum carni.

Sed per charitatem Spiritus servite invicem; q. d. : Nolo vos servire ceremoniis, nec carni, sed ab eis esse liberos, ut serviatis invicem per spiritum charitatis, et ex spiritali charitate alter alteri succurrat, optuletur, serviat.

VERS. 14. — Omnis enim lex in uno sermone impletur, etc.; q. d. : Omnis lex est de charitate vel Dei, vel proximi : qui diligit proximum, legem implet.

ut non tantum vobis invicem non nocetis, sed et vobis invicem præ amore serviat. Legis jugum onerosum, importabile, Christus commutavit in jugum charitatis gratum, suave, voluntarium. Felicem illum qui huic jugo subest; ipsi enim Deo, omnium bonorum fonti, subest : *Quia Deus charitas* est. O Charitas eterna, Deus, qui me ad tuum amorem creasti et vocasti, cor meum reple, doma, rege, et in tuam servitutum redige; te diligam, tibi ex amore serviam, et propter te proximo meo, charitate spiritali subiciar; tunc verè christianus ero, tunc verè filius tuus ero.

VERS. 14. — OMNIS ENIM LEX IN UNO... Ad hæc ergo vos invicem charitatem hortor, quia omnis lex hoc brevi sermone continetur. Diliges, spiritualiter, propter Deum, et in ordine ad vitam æternam, PROXIMUM TUUM... Duo quidem sunt charitatis præcepta, propter materialem distinctionem objecti, Dei scilicet et proximi; at una tantum est charitas, quæ Deus proximusque propter Deum diligit. Hinc unum mandatum in alio sæpè includitur. Verbum ergo breve, sed semper meditandum, semper in proximum redigendum, diliges. Ama et fac quod vis. Vide infra, v. 25.

VERS. 15. — QUOD SI INVICEM MORDETIS ET COMEDITIS... id est, quod si contra hoc præceptum motus odii et detractionibus et calumniis vos invicem roditis et laceratis, VIBETE NE VOS MUTUO PERDatis. Nova doctrina contentiones et dissidia inter Galatas incluserat; ut hunc ignem exstinguit Apostolus, primò charitatem consulit. Hic ultra alsterret à dissidiis ob malum eorum exitum. *Videte ne ab invicem CONSUMAMINI*; rixantes et invidos comparat canibus sese invicem mordentibus et tandem conficientibus. Contentio corruptionem et interitum affert, non modò iis qui læduntur, sed ipsis etiam obtrectationis auctoribus, D. Chrysostomus. Jurgii fructus, vitæ consumptio, Ambrosius. Societas populi consumitur dum in duas partes distrahitur, D. Augustinus.

VERS. 16. — DICO AUTEM, SPIRITUS AMBULATE... Medium assignat quo filiorum charitas magis ac magis accendatur et concupiscentia vineatur; scilicet, *Spiritu ambulare*, id est, secundum sancti Spiritus impulsum vivere. *Dico autem...* Multam emphasis habet hoc, *dico autem*; hæc enim locutione specialem

VERS. 15. — *Quod si invicem mordetis et comeditis*; q. d. : Si invicem roditis et laceratis detractionibus, odiis, calumniis, invidiis, *videte ne ab invicem consumamini*. Sicut enim duo canes rixantes invicem mordent, et conficiunt, ita et duo invidi, duo obtrectatores, duo rixantes invicem, imò seipsos ipsi conficiunt.

VERS. 16. — *Dico autem*; q. d. : Epitome, fundamentum, radix, caput et summa totius Epistolæ necesse scriptio, est hæc : *Spiritu ambulate*. Non lege, non carne; q. d. : Radix omnis vestri mali est defectus spiritus; si enim cum haberetis, excluderetis tam legalem quam carnalem vitam. Vivite et conversamini secundum dictamen Spiritus sancti, manifestatum vobis in lege dilectionis.

Et desideria carnis non perficietis. Quamvis caro sollicitet ad peccata, non tamen facietis nec opere nec consensu, id quod caro desiderat aut concupiscit.

attentionem sibi postulare videtur Apostolus, quasi dicat : Omnia ad unum redigo, illud auscultate : *Spiritu ambulate*.

Sicut omnia præcepta ad unam charitatem reduxit, ita nunc omnia ad charitatem media perfectius habendam ad unum redigi : *Spiritu ambulate*, juxta dictamen sancti Spiritus vivite, et charitatem habebitis : *Fructus enim Spiritus est charitas*, v. 22.

ET DESIDERIA CARNIS NON PERFICIETIS, id est, non adimpletis, nec interno consensu, nec opere externo. Non dixit, *desideria carnis*, seu pravos concupiscentiæ motus, non habebitis, non sentietis; hoc enim in hæc vitâ inevitabile; sed non perficietis, aut consensu, scilicet, interno, aut actu externo; quod secundum sancti Spiritus impulsum viventes facite vitabimus.

Christianæ moralitatis epitome.

Spiritu ergo ambulare christianæ vitæ summa est et sanctæ moralitatis epitome. Hoc unum si fiat, concupiscentia vincitur, charitas perpetuo magis ac magis accenditur. Et hinc intellige cur in Pentecoste, in promulgatione legis evangelicæ omnibus fidelibus Spiritus sanctus sit datus, cur in baptismo unicuique fidei datur Spiritus sanctus. Christianorum spiritus est amor; hinc omnibus et singulis Christianis datur Spiritus sanctus, fons amoris. Christianæ vitæ summa est *Spiritu ambulare*; hinc cuilibet Christiano datur Spiritus sanctus, ut secundum illius impulsum et dictamen vivens concupiscentiam vincat, et tanquam filius Dei in charitate et ex charitate vivat.

Atteude tibi, Christiane, quisquis sis; Spiritum sanctum in baptismo et per alia Sacramenta sæpius recepisti. An tantum thesaurum sedulus et attentus conservas in corde tuo? *Lumen cordium*. An juxta lumen illius dictamen et motus ambulat? Sed è contra nunquid hoc lumen, Spiritum sanctum exstinguis? *Spiritum nolite extinguere*. Nunquid durâ cervice Spiritui sancto resistis? Hæc est omnium malorum nostrorum radix et causa. Ut ergo iis omnibus simul medeamur, sit nobis cura *Spiritu ambulare*. Hoc ut fiat, primò die sæpè : Veni, sancte Spiritus, etc.; Domine Jesu, hunc ignem in corde meo accende, quem venisti mittere et quem voluisti vehementer in nobis accendi; secundò, attende ad sancti Spiritus internos impulsus, et juxta illos ambula.

VERS. 17. — CARO ENIM CONCUPISCIT... Syr. : *Si quidem caro concupiscit id quod lædit spiritum, et spiritus concupiscit id quod lædit carnem; et uterque sunt*

VERS. 17. — *Caro enim concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem*. Caro concupiscere dicitur adversus spiritum, quia carnalis concupiscentia quam ex Adam traximus, excitat et commovet in nobis prava desideria Spiritui sancto contraria. Spiritus autem concupiscere dicitur adversus carnem, quia sancta desideria que carni contraria sunt, in nobis excitat.

Hæc enim sibi invicem adversantur, ut non quæcumque vultis illa faciatis. Concupiscentia non permittit nos implere quod vultis, nolite et vos eis permittite implere quod ipse voluit : et ita nec vos, nec illæ, facietis quod vultis. Ita Anselmus.

sibi invicem contrari, ut non quod vultis faciatis. Dixi : *Spiritu ambulate*, ipsiusque motus sequamini, et carnis desideria ne perficiatis, seu concupiscentiæ pravos motus non sequamini; et non sine causâ dixi, siquidem contrarii sunt spiritus et carnis motus in nobis. *Caro enim concupiscit...* Vide paraphrasim. *Caro* hic significat concupiscentiam, sive illa sit in appetitu concupiscibili, qualis est appetitus gulae et luxuriæ; sive sit in appetitu sensitivo irascibili, qualis est appetitus invidiae, iræ; sive sit etiam in appetitu rationali, qualis est appetitus gloriæ. Hæc concupiscentia in quæcumque sit animæ potentiâ (omnes enim hoc fermento sunt infectæ), dicitur per synecdochen, à potiori parte, *caro*, quia præcipue in carne sensitivâ sua excitat desideria. Diversos motus naturæ et gratiæ vide simpliciter, sed solidè, descriptos in libro 5 de Imit. Christ., cap. 54. Illos in semetipso depingit ad vivum D. August., lib. Confes. cap. 8. Hujus pugnae, seu rebellionis, finem sicut et victorie modum docet idem D. August., in Psal. 75.

VERS. 18. — QUOD SI SPIRITU DUCIMINI... Hic versus et 25 : *Adversus hujusmodi non est lex*, sibi correspondent idemque significant. Itaque hic quasi per transnexam Galatas monet Apostolus, quod si à Spiritu sancto regantur, jam actum est de legalium disputatione.

NON ESTIS SUB LEGE. Nec ad eam necessarius est vobis recursus; habetis enim quod lex vobis dare non potest; habetis spiritum filiorum, non servorum; facitis ex amore quod lex præcipit et exigit penarum timore.

VERS. 19. — MANIFESTA SUNT AUTEM OPERA CARNIS... Quia, ut dixi, Spiritu ambulandum, et carnis desideria refrænda, ne quis in hæc re, à quâ salus, hallucinetur, hic enumerò *carnis opera, fructus autem Spiritus*, v. 22 recensero. *Opera carnis*, id est, ad que excitat concupiscentia, manifesta sunt et nota fidelibus.

QUÆ SUNT FORNICATIO. Græc., *adulterium*, fornicatio, etc.

IMMUNDITIA, id est, peccatum contra naturam, v. g., mollities.

IMPUDICITIA, gestus, tactus impuri, etc.

LUXURIA quælibet : ipsa quoque nuptiarum libido, si non fiat honestè et verècunde ; et quasi sub oculis Dei, ut tantum liberis serviat, ait D. Hieronymus.

VERS. 18. — *Quod si spiritu ducimini*, etc. ; id est, si vos Spiritus sanctus movet, agit, impellit, si spiritu ambulatis ; jam non estis sub lege, scilicet terrene, premente, vindicante, quomodo sub lege sunt homines aperti mali, vel qui serviter tantum ea que legis sunt, faciunt. Nam vos per Spiritum libenter ac sponte facitis ea que lex præcipit.

VERS. 19. — *Manifesta sunt autem opera carnis*, hoc est, opera et actus ad quos excitat caro, hoc est, concupiscentia.

Quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria. Pro tribus illis, Hieron. et August. tantum immunditiam et luxuriam legunt : pro quibus Ambrosianus, impuritatem et obscenitatem.

VERS. 21, 22. — **Idolorum servitus.** Nota quod inter opera carnis collocat opera, seu peccata, spiritualia, v. g., invidiam, inimicitiam, hereses, etc., quia, ut dixi supra, etiam rationalem et spirituales anime partem per peccatum originale infecti concupiscentia. Vide v. 17.

Qui talia agunt... Hæc sententia multos terrere debet qui corporalia quidem horrent peccata, ad spiritualia diligunt et operantur; amulantur enim, disensiones excitant et fovent, etc., et de his penitentiam non agunt. Est enim notum dignum quod est septem peccatis capitalibus, duo tantum sunt corporalia, scilicet, luxuria et gula; quinque autem sunt spiritualia, hæcque vix quisquam vitat, et tamen plerique (ut patet ex confessionibus) solum de corporalibus agunt penitentiam, licet de omnibus æquè dicat Apostolus: *Qui talia agunt, regnem Dei non consequentur.*

VERS. 22, 23. — **Fructus autem Spiritus...** Opera Spiritus sancti habitantis in homine vocat fructus, quoniam ex bonâ arbore sicut optimi fructus procedunt, ut refectionem perpetuè saturitatis præbeant electis, ait D. Anselmus.

EST CHARITAS, GAUDIUM, PAX, PATIENTIA... In Græco absent *patientia, modestia et castitas*, cui concordant D. Hieronymus et D. Augustinus. Syrus etiam novem tantum habet fructus. Ambrosius non

VERS. 20. — **Idolorum servitus; idem est quod cultus idolorum.**

Veneficia, Græcè veneficium; quâ voce proprie quidem significatur veneni procuratio, etiamsi non habeat magicum aliquid conjunctum.

Inimicitia, vitium eorum est qui omnia exercent contra alios, non eorum qui hæc patiuntur. Contentiones; significat autem pugnam verborum vehementem, qualis inter inimicos. *Amulationes;* est agnitio seu dolor animi inde factus, si eo quod prius quæ concupierat alios potiat, ipse e carcat.

Ira, rixa; significat impetus ac fervor animi exarscentis ad vindictam. Hæc autem furorem vocare solent.

Dissensiones. Alii vertunt, seditiones. Rectius arbitror dissidia vocari, exempli gratia, dicentium: *Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cepha.*

Sectæ; ut in religione malit suam opinionem et electionem, quam majorem traditionem sequi, que magna est teneritas et presumptio.

VERS. 21. — *Invidia, homicidia, ebrietates, comessationes et his similia.* Anselm. *comessationes* ait, id est, inhonesta et luxuriosa convivia. *Noli esse in conviviis potatorum, nec in comessationibus eorum,* Prov. ver. 25.

Que prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur; Græcè, *regnum Dei non hereditabunt.* Q. d.: Sicut et prædixi ac præmonui cum apud vos essem, eos qui hæc et similia agunt, non accepturos hereditatem regni Dei.

VERS. 22. — **Fructus autem Spiritus est.** Oppositum operibus carnis opera Spiritus, que scilicet à Spiritu gratiæ procedunt, queque Spiritus sanctus per suam gratiam in nobis parit et producit, ut his Dei regnum mereamur et consequamur, à quo opera carnis suæ operantes excidunt. Vocat autem ea *fructum* Spiritus sancti, singulari numero, propter connexionem omnium in claritate, tanquam principali dono Spiritus sancti, quam propter hoc primo loco ponit.

Charitas. Hoc loco non alia intelligenda est quam illa de qua cum alibi sæpè, tum ex professo disserit

amplius quam decem enumerat. Hinc verosimile est quod Esius et alii putant Græca nomina aliter atque aliter à Latinis esse translata, v. g., *μακαριότητα, patientiam et longanimitatem; ὑπακοήν, modestiam et mansuetudinem; ὑπερηφανίαν, continentiam et castitatem;* idèque hæc tria abundant in Latino. Primus fructus Spiritus est *charitas*, quia cum Spiritus sanctus sit amor, amorem primò parit in nobis, reliqui verò sunt quasi charitatis fructus. Quam merito itaque dixit D. Augustinus: *« Ama et fac quod vis; »* quippe *charitas nullam non operatur*, imò omnia mala suffert, omnia bona facit. Frequenter igitur orandum: *Diligam te, Domine...* ò Deus charitas, da mihi charitatem; ò Deus, ignis consumens, accende cor meum (tui amoris igne); ò Spiritus, amor Patris et Filii, fructum tuum, amorem produce in corde meo, qui ceteros fructus producat. Propterea pone te ut signaculum super cor meum.

Porro nota quod fructus spiritus opponitur operibus carnis. Gaudium de bono alterius opponitur invidia et emulationi; pax inimicitie; patientia rixæ et contentioni; bonitas veneficis, homicidiis; continentia gulae et vitii libidinis.

ADVERSUS HUIUSMODI NON EST LEX. *Lex justo non est positâ.* Lex enim datur errantibus, Ambrosius. Itaque si hæc omnia agerent omnes homines, nulla poenali lege opus haberent.

Apostolus, 1 Cor. 15. Cætera que deinceps sequuntur ipsius charitatis quædam germina sunt.

Gaudium. Vocat gaudium in Spiritu sancto, Rom. 14. Est enim delectatio in his bonis quorum auctor est Spiritus sanctus: quæ sunt quecumque ad nostram pertinent sanctificationem. Gaudium quoque oritur ex conscientia serena, sancta, purgata à peccatis, vitii, animi perturbationibus: secura enim mens est quasi iuge convivium. Cyprian. *Voluptatum, inquit, vicisse, voluptas est maxima: neque enim ulla major est victoria, quam que à cupiditatibus refertur.* Et contrario fructus carnis et concupiscentiæ est dolor et tristitia.

Pax; quâ tranquilla mens nullis passionibus perturbatur, ait Hieron. Tranquillam et pacificam cum proximis conversationem significat, atque opponit inimicitias.

Patentia virtus est per quam equo animo adversa tolerantur: etenim charitas patiens est, et omnia suffert.

Benignitas significat morum facilitatem ac suavitatem, quâ qualislibet eseliber accommodat in bonum. nam charitas benigna est.

Bonitas, quâ quis et à nocuentis abstinet, ac prodesse ad benefacere paratus est.

Longanimitas, pro quâ alii lenitatem verberant.

VERS. 23. — **Mansuetudo.** Mansuetus, ait Anselm., dicitur, quasi manu assuetus, tractabilis, ductilis, flexilis: tractari, duci, pati, facere, ferre assuetus.

Fides; eam dicit fidem que spectatur in servandis pactis et promissis, estque pars iustitiæ specialis. Anselm. *Fides,* inquit, est fidelitas et veracitas in promissis, que opponitur fraudi et mendacio.

Modestia virtus est que modum ponit, et moderatur omnes actiones exteriores, scilicet incensum, vestitum, sermonem, risum, lusum, ac totum hominem exterius recte componit, proveniente ex internâ mentis et passionum moderatione.

Continentia, sive temperantia, virtutum cardinalium una. Continentia generalis est virtus aut potius complexio virtutum, quâ continentis vitiorum omnes illicebas et tentationes frenat et colat.

VERS. 24. — **Qui autem sunt Christi...** Factâ enumeratione, tum operum carnis; tum fructuum Spiritus; seu quasi ex una parte, ostensis concupiscentiæ militibus, et ex alterâ parte, ostensâ Spiritus acie, Christianum quasi ad pugnam excitans, ait: *Qui Christi sunt...* qui verè Christianus est, etc.

Nota: **Crucifixærent...** sicut homo cruci affixus constringitur, frangitur et paulatim debilitatur, quia vires cum sanguine guttatim defluunt, ita verus Christianus per carnis mortificationem, quasi per crucifixionem, concupiscentiam tenet constrictam, ipsam frangit ipsiusque vires ad peccandum debilitat. Nota rursum quod mortificatio christiana vocetur crucifixio et congruè, quia caro Christi crucifixa est exemplar et idea nostræ mortificationis. Quasi diceret: Christianus Christum intuens pro suis peccatis crucifixum, carnem suam suamque vitiatam naturam crucifigit; ut sicut Christus summo cum dolore mortuus est pro peccatis nostris, ita non sine dolore moriatur in nobis peccatum.

VERS. 25. — **Si spiritu vivimus, spiritu et amb-**

Castitas et sobrietas, omnibus libidinis et gula vitii opponitur, etc.

Adversus huiusmodi non est lex. Nulla est lex que hos fructus Spiritus, et eorum observatores arguat, compescat, condemnet: ac proinde, si spiritu viveamus, non estis sub lege, ut dixit, v. 18; eo enim respicit ac redit.

VERS. 24. — **Qui autem sunt Christi, etc.** Caro non carnem proprie, hoc est, corpus, sed concupiscentiam in carne residentem significat, ita enim carnem accipit v. 17; q. d.: Qui Christi spiritu aguntur, hi carnem, id est, concupiscentiam et naturam vitiatam cum suis habitibus vitii, et cum suis motibus actualibus, scilicet concupiscentiis, crucifixerunt et compresserunt, inquit S. Augustin., timore illo casto, qui permanet in seculum seculi, quo cavemus offendere illum, quem toto corde, animâ, mente diligimus.

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.

Ex capite quarto didicimus ineffabilem nostræ in Christo regenerationis dignitatem; in eâ adoptionem filiorum Dei recepimus, facti ex filiis hominum, filii Dei, cap. 4, v. 5: tum quia Christum, consubstantialem Dei Filium, tunc induimus, cap. 5, v. 27, unumque facti sumus in illo, v. 28; tum quia Spiritum sanctum, Filium Dei Spiritum, in cordibus nostris tunc recepimus, cap. 4, v. 6.

Christum igitur induiti, Spiritu sancto animati, verè filii Dei facti sumus; filii, inquam, non minores ac pueri, timore pœnæ, et servi, Deo servientes; sicut olim Judæi; sed filii majores, liberi, sui juris, Patris hereditatem jam ex parte possidentes per Spiritum sanctum, nobis ut pignus hereditatis æternæ datum. Et hæc est nostræ in Christo regenerationis nobilitas; hæc Christianorum supra Judæos prærogativa, quam videre est cap. 4, v. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7.

Nunc autem, ut hæc in re nihil nobis desit sciendum, discamus ex hoc capite quinto ad quid tanto dignati sumus honore.

LEMUS. Syr.: *Vivamus ergo Spiritu et Spiritum secemur.* Concludit hortans nos ad praxim mediè quo nos docuit, v. 16, tanquam efficacissimum ad charitatem continentem in nobis augendam: *Spiritu ambulate.* Si Dei Spiritu vivimus, si Spiritus sanctus anime nostræ vita est; Spiritus ergo ambulemus, secundum Spiritus saneti dictamen vivamus, ipsius in omnibus divinos motus sequamur.

VERS. 26. — **Non efficiamur inanis gloriæ...** Syr.: *Non simus inanis gloriæ cupidi, alter alterum parvi pendentes et alter alteri invidentes.* Tria vitia spiritualia reprehendit hic Apostolus, sibi invicem connexa, et in que sæpè cadunt qui carnalia vitant. Honorem venantur ex his rebus in quibus non est verus honor, v. g., ex scientiâ, eloquentiâ, divitiis. A ceteris ob hæc volunt distingui, hocque spiritu, vel alios parvipendunt, illorumque defectus patefaciunt, vel illorum bonis invident. Hæc autem in Galatis reprehendit, quia apud ipsos frequentia. *Non simus inanis gloriæ...* Vide paraphrasim.

VERS. 25. — *Si spiritu vivimus, si internam habemus vitam et animam gratis, spiritus et iustitiæ; spiritu et ambulamus, secundum Spiritus et gratiam dictamen ductumque incedamus, conversemur, agamus, operemur.*

VERS. 26. — *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, etc., provocantes ad pugnas verborum, et si victi fuimus, invidentes.* Aperit fontem contentionum et invidiæ. Nam ex cupiditate gloriæ, quâ quisque cupit inter homines excellere, promanant hæc vitia. *Inanis autem vocatur ea gloria,* quia tantum in hominum opinione posita hæc gloria est quasi bulla tumida, inanis et vacua, que nihil habet rei, soliditatis et substantiæ, quâ mentem et appetitum hominis implere et explorare valeat. Plena enim est solida gloria, que amentem expleret, tantum enim est apud Deum: plena gloria, ait Hieron., cupidi sunt qui gloriam Dei desiderant, et ludam virtute condignam, à Deo scilicet commendari et laudari.

1^o Ad quid majores filii Dei facti sumus? ut Deum, Patrem nostrum amantissimum, ex toto corde diligamus, ipsique non ponarum timore, sed amore filiali serviamus, ejus nimirum mandata ex charitate admplementes, sicut filii charissimi. Charitas ergo, spiritus amoris, seu fides, que per dilectionem operatur, Christianorum est spiritus, v. 6. Sicut Deus charitas est, ita Christianus, Dei filius, divinæ charitatis participes, in claritate vivat, et ex charitate operetur.

2^o Ad quid Spiritus sanctus, Spiritus Filii Dei, diffusus est in cordibus nostris? primò, ut orantes, eodem quo Christus ipse Spiritu clamemus ad Deum: *Abba, Pater,* cap. 4, v. 6; secundò, ut per totum hujus vite curriculum *Spiritu ambulemus,* cap. 5, v. 16, seu Spiritus dictamina sequentes, facta carnis mortificemus; seu in charitate vivamus, et ex charitate operemur.

Quod ut melius intelligas, nota quod ex v. 17, in nobis adhuc vitoribus duo sunt, spiritus et caro, gratia et concupiscentia. Hæc autem duo feruntur in diversa, et ad opposita nos attrahunt: caro ad suavia

spiritus ad sancta; caro ad carnalia, spiritus ad spiritalia et ad divina. In hac autem internâ luctâ quid nobis Christianis faciendum? *Spiritu ambulate*, ait Apostolus, v. 16; state à partibus Spiritus, ejusque dictamina sequamini; quasi diceret: Ad hoc datus est vobis Spiritus sanctus, et ad hoc in vobis habitat cordium vestrorum lumen, ut vos illuminet, calefaciat et moveat; illius ergo illustrationibus attendentes, ardoribus consentientes, motibus obsequentes, ipsius virtute concupiscentias refranate, charitatem exerceate.

Ex hoc igitur capite quinto discamus, tria in mente semper habenda: Unum, ad quod continuè tendere debemus; alterum, quod perpetuò cavere debemus; tertium, quo auxiliante, et hoc vitare, et illud assequi possumus.

Primum, seu id ad quod continuè tendere debemus, tanquam ad finem Christianismi, et libertatis filiorum, quâ in Christo fruimur, est charitas, amor Dei, amor proximi. Ideò facti sumus filii Dei, et quidem majores, ut Deum, Patrem nostrum, purius et sincerius amemus tanquam filii, non sicut servi. Ideò à legalium jugo liberati sumus, ut nobis invicem præ charitate serviamus, v. 15. Nostræ igitur adoptionis divinæ filii, christianæque libertatis scopus, est fervens charitatis exercitium, et continuum illius augmentum.

Secundum, seu id quod perpetuò cavere debemus, velut christiane libertatis abusus, est concupiscentiarum sectatio. *Tantum ne libertatem in occasione deis carnis*, v. 15. Contra Dei voluntatem christianâ abutere in libertate, sicut peccantes periretis. *Si secundum carnem vixeritis, moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis*, Rom. 8, v. 15. Hinc vita, inde mors: carnalem itaque vitam horreote velut mortem, et mortem æternam.

Tertium, seu id quo mediante et auxiliante, seu medium efficacissimum ad hunc vitandum abusum, et ad illum finem assequendum, est *si Spiritu ambulamus*, si Spiritu sancto in cordibus nostris habitanti

CAPUT VI.

1. Fratres, et si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne et tu teneris.

2. Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi.

3. Nam si quis exisimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit.

4. Opus autem suum probet unusquisque, et sic in semetipso tantum gloriam habebit, et non in altero.

5. Unusquisque enim onus suum portabit.

6. Communicet autem, is qui catechizatur verbo, et qui se catechizat, in omnibus bonis.

7. Nolite errare: Deus non irridetur.

8. Que enim seminaverit homo, hæc et metet. Quoniam qui seminat in carne suâ, de carne et metet corruptionem; qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.

obediamus, ejusque dictamina et impulsus attenti sequamur. Et hæc est vite christiane summa, ad quam multoties in hoc capite nos hortatur Apostolus, v. 16, 18, 23, utque sua sit in nobis efficacior exhortatio, versiculo 24, ubi nos omnes ad hanc carnem per spiritum refrænationem apertiùs excitat, illam velut crucifixionem exhibet: *Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt*, etc.; ubi postquam internum mortificationis in carnem exercende principium nobis ostendit, sanctum scilicet Spiritum, externum ejusdem mortificationis demonstrat exemplar, Jesum Christum pro nobis crucifixum. Quasi diceret: *Spiritu ambulate*, spiritu facta carnis reprimit, carnemque vestram peccatricem crucifigite; Jesus Christus, Filius Dei, Sanctus sanctorum, pro peccatis vestris crucifixus est. Sancto itaque Spiritu animati et corroborati, attendite carnem Christi crucifixam, et pro peccatis vestris in cruce, summo cum dolore morientem; et ad illius exemplum, carnem vestram peccatricem crucifigite; ut non sine dolore moriatur in vobis peccatum, pacificè verò regnet charitas.

Domine Jesu, qui me hæc omnia per sanctum apostolum tuum docuisti, da mihi per temetipsum hæc eadem omnia esse et agere. In te et per te sim verè filius Dei, sancto Spiritu tuo animatus, in charitate vivens, et ex charitate semper agens. Da mihi, ó piissime Redemptor, libertate filiorum sanguinis tui pretio acquisitâ, nunquam abuti; ad finem hujus christiane libertatis semper tendere, tandem pervenire; medio ad id mihi dato indesinenter uti, Spiritu ambulare, sancti Spiritus dictamina perpetuò sequi. Da mihi in internis spiritus et carnis pugnis à parte spiritus fideliter stare, in tuo Spiritu et per tuum Spiritum carnem refrænare, charitatem exercere, et per continuum exercitium jugiter adaugere. Da denique per hanc jugem carnis in tue dilectionis spiritu crucifixionem, dolorosæ passionis tue sic esse participationem, ut gloriosæ tandem resurrectionis tue consors, te diligam in æternum.

CHAPITRE VI.

1. Mes frères, si quelqu'un est tombé par surprise en quelque péché, vous autres qui êtes spirituels, ayez soin de le relever dans un esprit de douceur, chacun de vous faisant réflexion sur soi-même, et craignant d'être tenté aussi bien que lui.

2. Portez les fardeaux les uns des autres, et vous accomplirez ainsi la loi de Jésus-Christ.

3. Car si quelqu'un s'estime être quelque chose, il se trompe lui-même, parce qu'il n'est rien.

4. Or que chacun examine bien ses propres actions, et alors il trouvera sa gloire seulement en lui-même, et non pas dans les autres.

5. Car chacun portera son propre fardeau.

6. Que celui qui l'on instruit dans les choses de la foi, assiste de ses biens en toute manière celui qui l'instruit.

7. Ne vous trompez pas: on ne se moque point de Dieu.

8. Car l'homme ne recueillera que ce qu'il aura semé; ainsi, celui qui sème dans sa chair recueillera de la chair la corruption, et celui qui sème dans l'esprit recueillera de l'esprit la vie éternelle.

9. Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus, non deficientes.

10. Ergo dùm tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.

11. Videte quilibet literis scripti vobis meâ manu.

12. Quicumque enim volent placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantum ut crucis Christi persecutionem non patiantur.

13. Neque enim qui circumciduntur, legem custodiunt; sed volent vos circumcidi, ut in carne vestrà glorientur.

14. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.

15. In Christo enim Jesu, neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura.

16. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, et misericordia, et super Israel Dei.

17. De cætero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto.

18. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro, fratres. Amen.

ANALYSIS.

Omniibus in genere charitatem Apostolus consulit in quinto capite, v. 15, hic in specie.

Ac primo versu prælatos, spirituales, in fide constantes hortatur, ut lapsos benignè corrigant, et cum humilitate erigant, memores suæ propriæ infirmitatis.

§ 2. *Illis compatiuntur; v. 3, nec ob aliorum delicta, ut Phariseus, ipsi superbiunt; v. 4, sed ob suorum peccatorum onus, coram Deo Judice portandum, trementes humiliter, v. 5.*

§ 6. *Neophytos hortatur ut erga doctores suos liberalitate gratitudinem habeant.*

§ 8. *Omnes seminant bona, ut vitam æternam metant; v. 9, in bono faciendo non seguescamus; v. 10, sed dùm tempus est seminandi, ob spem messis, promptè et alacriter omnibus, at præcipuè fidelibus beneficiamus.*

§ 11. *Paulus Epistolam finiturus, paucis argumen-*

PARAPHRASIS.

1. Fratres, si quis à pseudo-apostolis seductus, in aliquid eorum que dixi delictorum, maxime verò hærescos, seu in Judæismum prolapsus fuerit, vos perfecti, et qui Spiritu Dei ducimini, carnem vestrà crucifixâ, hujusmodi hominem sanate, et pristino statui redintegrate, non dùm corripiendo, sed cum omni humilitate ac mansuetudine, teipsum circumspiciatis, ubique cavens ne et tu teneris, et eidem tentationi succumbas aut simili.

2. Lapsis compatiimini, tantùmque illos corrigite lenitate, quasi illorum onera et delictum portetis, sintque vobis propria; et sic adimplebitis legem Christi, que tota est de dilectione.

3. Nam qui de se superbe sapit, aliquid se existimans, ipse seipsum seducit, quia reverâ nihil est.

9. Ne nous lassons donc point de faire le bien, puisque, si nous ne perdons point courage, nous en recueillerons le fruit en son temps.

10. C'est pourquoi, pendant que nous en avons le temps, faisons du bien à tous, mais principalement aux domestiques de la foi.

11. Voyez quelle grande lettre je vous ai écrite de ma propre main.

12. Tous ceux qui veulent plaire dans la chair sont ceux qui vous obligent à vous faire circoncire; ce qu'ils font seulement afin de n'être point persécutés pour la croix de Jésus-Christ.

13. Car eux-mêmes, qui sont circoncis, ils ne gardent point la loi; mais ils veulent que vous receviez la circoncision, afin qu'ils se glorifient en votre chair.

14. Mais pour moi, à Dieu ne plaise que je me glorifie en autre chose qu'en la croix de Notre-Seigneur Jésus-Christ, par qui le monde est mort et crucifié pour moi, comme je suis mort et crucifié pour le monde.

15. Car en Jésus-Christ la circoncision ne sert de rien, ni l'incircioncision; mais la nouvelle créature;

16. Et tous ceux qui se conduisent selon cette règle, que la paix et la miséricorde soient sur eux, ainsi que sur l'Israël de Dieu.

17. Au reste, que personne ne me cause de nouvelles peines; car je porte imprimées sur mon corps les marques du Seigneur Jésus.

18. Que la grâce de Notre-Seigneur Jésus-Christ, mes frères, demeure avec votre esprit. Amen.

tum principale, de lege cum Evangelio non miscendâ, resumit. Urget ergo Galatas à moribus novorum doctorum, et sicque ostendit quibus sint illi doctores, et quo animo legatis doceant, scilicet ut Judæi placeant, et ut persecutionem non patiantur.

§ 14. *Paulus se, et suosque mores, horum pseudo-apostolorum moribus opponit; illi hominibus placere student, Paulus despici gaudet; illi persecutionem fugiunt, Paulus in solâ cruce gloriatur.*

§ 15. *Totius Epistolæ corollarium facit; v. 16, ejus doctrinam observantibus pacem optat et misericordiam.*

§ 17. *Paulus non vult sibi deinceps quemquam ob circumcisionem parere molestiam: quia si que sunt in corpore cicatrices ferendæ, ipse fert stigmata Domini nostri Jesu Christi, sine plagas pro Christo toleratas.*

§ 18. *Gratiam Galatis optat.*

4. Facta sua quisque scrutetur et expendat, non per comparationem ad aliorum facta, sed per respectum ad regulam vite; et si quidem recta et bona illa inveniat, tunc in conscientia suâ gaudebit, et in Domino gloriabitur; non autem gloriabitur in deteriorum comparatione.

5. In judicio quippe Dei quisque peccatorum suorum onus portabit, et meritas delictis poenas fret, nec aliorum etiam pejorum comparatione sublevari-bit.

6. Is qui docetur Evangelium, doctorem suum de omnibus suis temetipsum bonis faciat participem.

7. Ne vosmetipsos decipiatis; Deo non illuditur: Deus omnia novit, nec potest decipi.

8. Unusquisque metet quod seminaverit, corru-